

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Dissertatio Medica Sistens Naevorvm Origines**

**Gruner, Christian Gottfried Gruner, Christian Gottfried**

**Ienae, 1778**

**VD18 13134485**

Widmung

**urn:nbn:de:gbv:45:1-15050**

SACRI ROMANI IMPERII  
LIBERAE AC INCLYTAE CIVITATIS  
FRANCOFVRTENSIS AD MOENVM  
SPLENDIDISSIMO AC AMPLISSIMO

SENATVI

VIRIS

GENEROSISSIMIS NOBILISSIMIS PERILLVSTRIBVS  
MAGNIFICIS  
MAXIME STRENVIS EXCELLENTISSIMIS  
PRVDENTISSIMIS CONSVLTISSIMIS  
AC GRAVISSIMIS

DOMINIS

PRAETORI  
CONSVLIBVS  
SCABINIS  
SYNDICIS

AC RELIQVIS

SENATORIBVS

A

2

5



PATRIAE PATRIBVS OPTIMIS  
SALVTIS PVBLICAE  
CONSERVATORIBVS  
MAECENATIBVS ET PATRONIS SVIS  
OMNI OBSEQVII ET HONORIS CVLTV  
SVSPICIENDIS

HANCCE

DISSERTATIONEM MEDICAM  
TANQVAM MAXIMAE VENERATIONIS  
DOCUMENTVM

EA QVA PAR EST ANIMI SVBMISSIONE

DAT DICAT DEDICAT

SVBMISSA ANIMI VENERATIONE PERPETVAM  
FELICITATEM ET OBSEQVIA

APPRECATVRVS

A V C T O R



**A**d VOS, DOMINI PATRESQUE CON-  
 SCRIPTI, me primum omnium conuertere  
 pietas iubet, dum hasce plagellas in publi-  
 cum emitto. Ea enim sunt VESTRA in me  
 merita, VIRI ILLVSTRISSIMI ATQVE  
 GENEROSISSIMI, vt mihi amplius tempe-  
 rare nequeam, quin VOBIS animum gratum  
 atque obstrictissimum publice testificandum  
 existimem, et hanc dissertationem, tanquam  
 pietatis et obseruantiae summae monimen-  
 tum, sacram esse velim. Constat inter omnes  
 huius vrbs ciues, quantis beneficiis iuuenes  
 litteris deditos a multis retro annis ornauerit-  
 tis, quae et in me multis modis redundarunt.  
 Summis igitur contendo precibus, vt primos  
 studiorum meorum conatus, tanquam deuot-  
 issimae mentis pignora, serena fronte accipia-  
 tis, et ingenui pectoris mei candorem gratio-  
 se respicere haud dedignemini. Faxit deus  
 immor-

IN VNIUERSITATE  
 GIESSENENSIS

IN VNIUERSITATE  
 GIESSENENSIS



immortalis, vt sub imperio auspicioque VE-  
STRO constanter floreat pietas, vigeat iusti-  
tia. Faxit deus, vt ea, quae salutis publicae  
et priuatae caussa VOBIS faciendum videatur,  
prosperè semper et vbiuis eueniant. Durate  
et VOSMET rebus seruate secundis, memo-  
riamque mei habete commendatissimam, qui  
pia et grata mente emoriar

ILLVSTRISSIMI AC GENEROSISSIMI  
D O M I N I  
N O M I N V M T A N T O R V M


Ienae  
A. D. III. Iulii  
1677

Cultor deuinctissimas  
IO. VALENT. MVLLER.





## PROOEMIUM.

 Si qua physiologiae pars, post tot egregia  
magnorum physiologorum conamina,  
sive spectes phaenomenorum explica-  
tionem, sive experimentorum minus  
rectam institutionem, quasi in puteo Democriti abscon-  
dita latuit; delituit profecto doctrina de *generatione*.  
Etenim ad hanc rite perscrutandam, magnus profecto  
requiritur labor, cui subeundo ac sustinendo plurimi

A

nec

A

2

S

